

Nr. 60. 3.

Q. D. B. V

VIZZ

PRAEMISSA
ALIQVOT HOSEAe PROPHETAE
LOCORVM EXPOSITIONE

III

EXAMEN AVTVMNALE

DEO IVVANTE IN ILL. GYMNAS. CASIMIR
ACADEM. CVM ORATIONE CENSORIA

A. D. XXX. SEPT. I. ET II. OCTOBRI

IN SCHOLA SENATORIA AVTEM

A. D. III. IV. OCTOBR. MDCCCLXXVI

MAEENDVM

INDICVNT

DIRECTOR.

ET

RELIQVI PROFESSORES

COBURGI

EX OFFICINA PRIVILEGIARIA AHLIANA

Laetandi verbum, quo Latinus Hos. 2, 16 vtitur, Hieronymus quoque ad bona retulit blandaque verba, scribens: "Hoc significat lactabo eam, vt post poenarum magnitudinem, "dolores pristinos repromotione mitiget prosperorum." Eodem significatu vsus est Syrus conuertens: מִשְׁרָל אָנָא לְהָ מִשְׁרָל לְהָ alliciam eam. Idem vocabulum adhibet in sua explicatione Isarides, qui simul primam verbi פֶתַח significationem, creuit, latus fuit, Samaritanis atque Aramaeis visitatam, respexit, scribens: מִשְׁרָל הַמְשָׁךְ אַחֲרֵי לְוֹאָנִי בְּלָעֵוּ וּמוֹהֵה הַפִּיתְחוּ Alliciam eam ad tractum alium, losanger in lingua peregrina. Sed quodnam est illud spatium? פִּיתְחוּ est vocabulum, quod teste Buxtorfio Lex. Chald. p. 1869 in Bibl. Regiiis Hiob 38, 18 legitur, quodque a Samuele Clerico in Polyglott. Anglican. est praetermissum. Isarides addit: "Et deducam te in desertum, id est, in captiuitatem, quae est instar deserti et terrae aridae, ibique ad frugem redibit, quia ei prodest, quemadmodum fecit voluntatem meam, postquam rebellauerat aduersus me." Kimchius addit: "Faciam, vt animum inducat, corrigere se, dum sit in captiuitate. Est ex significatu פִּתְחוּ latitudinis siue spatii, nam qui allicit socium, facit, vt transeat a consilio, quod ceperat, ad aliud. Sic Deus benedictus traduxit Israëlitas a consilio suo, quod ceperant captiui, indulgere cupiditatibus atque ingenio prauo, atque eos comouit ad relinquenda mala atque ad eligenda bona, vt dicitur Ezech. 36, 26.

Iam anquirendum est de intellectu sequentium verborum nam alii interpretes *ducendi* siue *deducendi*, alii *reducendi* assument significatum. Illum *ducendi* habet Vulgatus: *Et ducam eam in solitudinem:* et Syrus scribens: Et *ducam eam in desertum*. Graecus hic manifesto est corruptus, transferens: καὶ τάξω εὐτὴν ὡς ἔγημον, quae verba Hieronymus conuertit: *Et ponam illam quasi desertum*. Arabs eodem modo legit, quia conuertit: *Et faciam eam desertum*. Errorem igitur

ΑΙΑΙΗΑ ΑΙΒΑΙΔΥΙΙΕΑ ΑΙΙΙΤΘΟ ΧΣ

tur librariorum, versum antecedentem quintum, vbi verbum ῥάξω occurrit, respicientium, satis antiquum in vocabulo eodem latere puto. Variantem lectionem iam annotauit Drusius ad hunc locum adscribens: "Editio Basileensis ea, quae in "octavo folium complicat, ἀξώ δυτὴν εἰς ἔγημον" quae lectio "quadrat cum veritate Ebraica." Nos quidem putamus Graecum scripsisse, καὶ ἀνάξω δύτην, et reducam eam, quam reducendi notionem etiam agnouit Abrahamus ben Ezra, adscribens: "וְאַתָּה שֶׁב בְּמִרְכָּבָה אֵל וְהַלְכָתָה אֵל" "Et reducam eam, id est, in patriam suam, ut reuertatur instar deserti." Lectio igitur illa Graeci interpretis ὡς ἔγημον, illi alteri ἐστιν ἔγημον, quam habet codex Barberini atque Aldinus, longe est anteponenda, quam etiam praeoptarunt Hieronymus et Arabs. Quid? quod Hieronymus eandem clarius explicuit ad Ies. 63, 18 apponens: "Ecce ego seducam eam, et ponam eam quasi "desertum, et statuam eam sicut terram absque aquis, et lo- "quar ad cor eius — Consideremus ordinem singulorum, "seducit eam, et facit esse desertam, et absque aqua, ut virtu- "tum patiatur sitim. Quae postquam dixerit, situit in te ani- "ma mea (Ps. 42, 2) quam multipliciter tibi caro mea, tunc "loquetur ad cor eius, et lugentem consolabitur." Quan- quam in Theodoreto legatur εἰς ἔγημον, idem talia adscripsit, ex quibus colligere queas, eum ὡς ἔγημον in mente habuisse, addit enim: Καὶ τέτον ἀπάντων τῶν ἀγαθῶν ἔγημον κατασκόω αλλ' ὅμως ψυχαγωγίσω δύτην, εὐ τέτοις θεαν τοῖς ἀλγενέσι. Vacuam ab omnibus his bonis constituant, attamen colabor eam his in moeroribus versantem. Est idioma linguae Hebraicae, quo animus humanus moestissimus cum deserto comparatur et locis siticulosis, Hos. 2, 5. Ps. 143, 6. Dolores autem animi humani conferuntur cum fiscitibus aestivis, Ps. 32, 4.

Quod si legendum esse opineris εἰς ἔγημον, in desertum, ipsi interpres in declaratione horum vocabulorum non consentiunt. Chaldaeus quidem intellexit locum miraculis idoneum, quale fuit illud desertum, quod Aegypto et Chananieae esset interiectum. Sic enim conuerit: זָעַבְדָ לְהַ נְסִין גְבוֹרִים כִּי אֲדֹעַרְתָ לְהַ בְּמִרְכָּבָה Et patrabo ei prodigia et miracula,

qualia ei perpetravi in deserto. Hieronymus Hebraicam veritatem explicans opinatus est, solitudinem esse locum a malis vacuum, adscribens: "Et ducam eam, inquit, in solitudinem, id est, educam ex malis, sicut et prius de Aegyptiaca eduxeram seruitute, et loquar ad cor eius verba mollia." Iudei contra recentiores, Isaacides et Kimchius, ut modo vidimus, intelligunt locum omnium miseriaram plenissimum, hoc est, ipsam captiuitatem. Verum enim vero ex ipsa contexta oratione atque ex optimis optimorum interpretum explicationibus apparet, hic locum plane nullum significari, sed desertum esse imaginem nationis Iudeorum vastatae, meliorem desiderantis atque expectantis conditionem. Ergo segmenti nostri Hos. 2, 16 verba sic sunt transferenda: *Certissime quidem persuadereo illi, eamque reducam vastatam, id est, terris incultis et sterculosis similem, ac propterea miserabilem et deplorandam, et consolabor illam.*

§ XV.

Exponitur Hos. 2, 17.

Explicatio segmenti sequentis itidem habet aliquam difficultatem, quod a Viro S. R. Dathio sic tranfertur: "Reddam "ei tunc vineas suas, atque vallis illa Achor spem etiam ei ostendet. Tunc non aliam se, quam a prima iuuenta, geret, "cum quidem ex Aegypto esset egressa." Nos quidem versum hunc sic conuertimus: *Tunc reddam ei agros suos laetiores, atque ipsam vallem perturbatorum* (Ios. 7, 24) *tanquam principium spei, tum obsequetur sicut tempore seruitutis suae, quo videlicet adjcendit e terra Aegyptiaca.* Verbum עיריה commode ab Aquila hic exponitur per ὑπακόστει obediet, teste Hieronymo ad h. l. Prope abest Theodotion, qui, ut idem Hieronymus refert, posuit ἀπορεύθσεται, respondebit, id est, faciet quae iubentur. Nomen זעירים exposui per seruitutem. Illud quidem vulgatum et notum est גער, Graecorum γῆπιος et πάτη, Latinorumque puer, proprie ad aetatem, deinde ad conditio- nem seruilem pertinere, cui subiecti essent apud Hebreos, Graecos et Romanos omnes filii filiaeque.




6
Id 6020

(I)

X 2284726

vda 8

Brk



B.I.G.

Farbkarte #13



Q. D. B. V

PRAEMISSA

ALIQUOT HOSEAE PROPHETAE
LOCORVM EXPOSITIONE

III

EXAMEN AVTVMNALE

DEO IVVANTE IN ILL. GYMNAS. CASIMIR
ACADEM. CVM ORATIONE CENSORIA

A. D. XXX. SEPT. I. ET II. OCTOBRIS

IN SCHOLA SENATORIA AVTEM

A. D. III. IV. OCTOBR. MDCCCLXXVI

MAREN'DVM

INDICVNT

DIRECTOR

ET

RELIQVI PROFESSORES

COBURGI

EX OFFICINA PRIVILEGIARIA AHLIANA

